



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Commentarium Primum Exegeticum. De Virginibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

COMMENTARIUM PRIMUM EXEGETICUM.

DE VIRGINIBVS.

Quænam sint illa centum quadraginta quatuor millia quæ cum
Agnò supra montem Sion Ioanni apparuerunt?

SECTIO PRIMA.

RIOR hæc capitis parstota ad virginum gloriam pertinet, do-
cet enim Ioannes apparuisse sibi Agnum stantem super montem
Sion, hoc est, Christum Dominum in monte illo altissimo Sion
superne felicitatis, quæ Sion in sacris literis appellatur, veluti
Pl. 83. *Abunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion:*
vidisse quoque cum eo, centum quadraginta quatuor millia, habentia
nomen Agni, & nomen patris Agni, Scriptum in frontibus suis, quia scilicet Agni,
patrisque eius nomen, fidem que non erubuerunt coram omnibus confiteri, hoc
enim est nomen Agni in fronte gestare. Ait præterea audiuisse se vocem de cælo
tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruu magni, eaque
fuisse sicut citharædorum citharizantium in citharis suis, qui cantabant quasi
canticum nouum: dictumque esse. *His sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati,*
virgines enim sunt. Quo fit vt hæc centum quadraginta quatuor millia ad solos
virgines pertineat, quemadmodum etiam docet D. Hier. lib. aduersus Iouinian.
& D. Aug. lib. de virginitate, c. 27.

Iam verò illud primo sese offert explicandum, Quænam sint ista centum qua-
draginta quatuor millia virginum, & vnde tanta virginum multitudo colligenda
sit: D. Hier. lib. 1. aduersus Iouinian. existimat, hæc centum quadraginta quatuor
millia virginum, quæ hoc loco commemorantur, esse illa eadem, quorum facta
est mentio c. 7. cum dictum est, conuertendos fore ex Iudæis centum quadraginta
quatuor millia signatorum, id est, duodecim millia signatorum ex singulis tribubus,
excepta tribu Dan, pro qua posita est tribus Levi: *De singulis, inquit, tribubus excepta*
tribu Dan, pro qua reponitur tribus Levi, duodecim millia signatorum virginum, creditura dicuntur,
qui cum mulieribus non sunt coinquinati, ac ne putaremus de his dici, qui scor. a non norunt, sta-
tim insulit, Virgines enim sunt. Vbi vides Hieronymum, per hæc centum quadraginta
quatuor millia, eosdem illos intelligere, de quibus locutus est Ioannes, c. 7. atque
adeò existimare hæc centum quadraginta quatuor millia virginum, vt solis Iudæis
colligenda esse, cum c. 7. per centum quadraginta quatuor millia signatorum fi-
deles ex Iudæis ad fidem conuertendi, necessariò intelligendi sint, vt conceptis
verbis coloco docet Ioannes & nos etiam ibidem confirmauimus.

Verum hæc Hieronymi sententia nobis non probatur. Primum, quia nullo
modo est verisimile solos virgines Hebræorum in fine mundi conuertendos
seruandosque esse, nullumque omnino eorum qui vel in matrimonio, vel extra
matrimonium virginitatem amiserint: consecuturam salutem, at hoc admittere
cogitur Hieron. siquidem hæc centum quadraginta quatuor millia, vult esse illa
eadem quæ c. septimo commemorantur: quo numero Ioannes complexus est vni-
uersos omnino Iudæos, qui ad fidem Christi conuertentur, accipiens numerum

Ccc

Arctus.

certū, pro incerto. Deinde ut Arctus argumentatur, si ad illa eadem tantum quadraginta quatuor millia alluisset hoc loco Ioannes, proculdubio articulū adhibuisset, dixissetque, τὰ ἐξ ἑτὸν τεσσαράκοντα τεσσαρες χιλιάδες, hoc est, illa centum quadraginta quatuor millia, quod tamen non dixit, sed omisit articulum τὰ. Denique cur de solis Iudæis Ioannes loquatur qui gentibus potissimum scribebat? Putamus igitur hæc centum quadraginta quatuor millia, non solum ad Iudæos, sed multo etiam magis ad fideles Gentiles pertinere: nec enim ad fideles tantum ex Gentibus referenda sunt, ut retulit Arctus, sed ad utrosque: quanquā ad fideles ex Gentibus præcipue, cum & numero, & virtutis studio Iudæis antecellant.

Neque Arctus opinio omnino placet.

III.

Ribera sententia.

Porro nec placet Francisci Riberae sententia, qui plus iusto literæ adhærens existimavit numerum hunc centum quadraginta quatuor millium non pro magno aliquo numero incerto, sed pro certo, hoc est, pro seipso præcisè adhiberi: itaque dumtaxat centum quadraginta quatuor millia virginū tempore Antichristi, per uniuersum orbem, tum ex Iudæis, qui credituri sunt in Christum, tum ex reliquis fidelibus futura. Et arguetur non sine causa tot numerus adhibebet esse: nimirum centū quadraginta quatuor millia: cur enim Ioannes tam minutā cōputationē adhibuisset, nisi certū aliquē, statumque numerū designare voluisset? Credo cuiuis facile hæc opinio sese ut improbabile obiciet. Quis enim sibi persuadeat ex tā multis gentibus toto orbe dispersis, sola centū quadraginta quatuor millia virginum Antichristi tēpore futura, cū solus numerus infantium, & puerorū ante vñ rationis, & grandior etiam ante censum libidinis discedentiū è vita, multis partibus eā summam, ut par est credere, superare, debeat: Nam de sola ciuitate Ninives dixit Dominus ad Ionā, c. 4. *Et ego non parca Ninive ciuitati magna, in qua sunt plus quā centū viginti millia hominū, qui nesciunt quid sit inter dexterā & sinistrā suam, id est simpliciū paruulorū, qui nesciūt discernere dexterā, à sinistra, ut interpretatur D. Hieron.*

Reicitur Ribera.

Iona 4. 11.

D. Hieron.

Ignorant, inquit, quid sit inter dexterā, & sinistrā propter innocentia, & simplicitatē, ut latētē monstret atarē & relinquat in intellectu quāuis sit numerus atatis alterius, cū tantus sit paruulorū. Nō est igitur verisimile toto orbe nō futura amplius, quā cētū quadraginta quatuor millia paruulorū etiam eorum, qui per baptismum seruari debent, ut missas faciā sacras virgines, multasque alias sanctissimas scēminas, imo & adolecentes, qui carnis integritatē etiam tēpore conseruabunt: eo vel maximè quod ipsamet persecutionis acerbitas, Christianos sparget, & ad deserta cōpellet, vbi non erit tanta libidinis licentia, neque tā frequens dēperdendæ castitatis occasio.

V.

Communis expositio tenenda.

Quid varietate numeri à Ioanne expressi significet.

D. Cyprian. Virginitas non in se, non in latum viri, sed in scēmina iustitiae consistit.

Quare dicendū plane est cū communi expositione doctorū positum esse à Ioanne numerū certum pro incerto: & quia maximus futurus est virginū numerus, infantibus & pueris supputatis, idcirco tantā conspexisse multitudinem. Cur autē tam varios numeros adhibuerit, hoc est, centū quadraginta quatuor millia, si locus coniecturæ datur, cōiicimus exprimere voluisse plures in vno statu virgines, quā in alio reperiendos. Itaque numerū centenariū ad infantēs, & pueros ante mortū, sensumque libidinis, discedentes: numerū quadragenarium ad virgines Deo dicatas: numerū denique quaternarium ad scēminas, virosque in seculo agentes pertinere. Quia enim quamplurimi infantēs puerique decedunt, pauciores autē sunt ex reliquis virgines, multo pauciores secularibus, idcirco credimus eam numerū in varietate minore semper, ac minorē à Ioanne adhibitam fuisse. Aduerte autem cum D. Cypr. lib. de Disciplina, & habitu virginum, non ex eo, quod Ioannes dicat, *Et sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, existimandum esse de solis masculis virginibus, non autem etiam de scēminis haberi sermonem.* Neque enim masculinū tantum, inquit Cypr. continentia gratiam repromittit Dominus,

et fa-

Et femina praterit, sed quoniam femina viri portio est, & ex eo sumpta atque formata, in scripturis fere omnibus ad protoplastum Deus loquitur, quia sunt duo in carne una, & in masculo simul significatur & femina. Hæc Cyprianus.

Cur Virgines supra montem Sion, cum Agno apparuerint?

Et vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia.

SECTIO. II.

In ipso monte Sion in quo Agnus stabat, vidit Ioanes illa ceterum quadraginta quatuor millia, quæ postea explicavit virginum esse multitudinem. Duplex autem huiusce rei ratio afferri potest. Vna desumitur à virginitatis præstancia, & altitudine: quia enim Virgines excelsum quendam ac sublimem in monte Sion, id est Ecclesia, obtinent locum, & altissima virginitatis prærogativa mirum in modum excellent, & eminent, merito supra montem Sion altissimum, simul cum agno apparuerunt. Quæ observatio simul & expositio est D. Greg. lib. 5. suæ expositionis in lib. Regum c. 3. Bene, inquit, in sublimi esse virgines dicuntur, quia quod naturam humanam supereredit in altissimo virtutum culmine situm est, unde & virgo ille dilectus Iesu, locum virginum insinuans, ait, Vidi supra montem Sion Agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt conquinari, Virgines enim sunt: in monte quidem esse cum agno dicuntur, quia per meritum incorruptionis, quo a terrenis & carnalibus delectationibus se diuidunt, in sempiterna redemptoris gloria sublimantur. Hæc ille.

Virgines dicuntur esse in monte Sion propter sublimem, quæ habent in Ecclesia locum, D. Greg.

Atque in primis Virginitas omnem mundanæ fabricæ altitudinem longè superat, quemadmodum docet Greg. Naz. orat. in dictum Euangelij: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est: Videte, inquit, rei sublimitatem; indeprehensibilem fere inuenietis, quomodo enim non melius carne est non generare carnem, id quod à carne genitum est: quomodo non Angelicum, carni alligatum, non secundum carnem vivere, sed naturam esse sublimiorem: Et in orat. exhortatoria ad Virg. Olim, inquit, cum lex erat, & umbra, ceremoniæque temporaria, tum primatum habebant nuptia, tanquam adhuc infantes: postquam verò emigravit licera, subductusque est spiritus, & Christus cum præcessisset ex Virgine in carne passus est, tunc effulsit castimonia diuidens mundum. Quo loco emphasis habet illa postrema verba, Effulsit castimonia diuidens mundum: quæ præter alia, illud mihi videntur significare, virginitatem, (sic enim castimoniam hic accipit Nazianzenus) quasi alterum mundum supra mundanum constituere, in eoque Virgines longissimè ab isto, quem cernimus, mundo diuisos atque distitos in altiori videlicet ac sublimiori gradu collocare. Quo mysterio supra capitella illa instar spherarum reticulata, quæ erant superposita duabus illis ingentibus columnis aëris à Salomone in vestibulo templi collocatis, lilia erant, ut habes 3. Reg. 7. Finxit duas columnas aëreas, æccum & octo cubitorum altitudinis columnam unam, & linea duodecim cubitorum ambebat columnam utramque: Et pauld post: Capitella autem, quæ erant super capita columnarum quasi opere lilij fabricata erant, quia videlicet castitas, quæ per lilium adumbratur, omnem mundanæ consuetudinis Spheram, orbemque ipsum vniuersum, altitudine superat, ut ait Diuus Ambrosius libro primo de Virginitate. Quis humano, inquit, eam possit ingenio comprehendere, quam nec natura suis inclusit legibus? aut quis naturali voce complecti, quod supra usum naturæ sit? B celo accersunt quod imitaretur in terris, hæc nubes, aëra, Angelos, sideraque transgrediens verbum Dei in ipsa sinu Patris inuenit.

II. Nazianz. Matt. 19. 11. Quanta sit virginitatis sublimitas.

Alium mundum constituit hoc nostrum longe superiorem.

3. Reg. 7. 15. Expenditur locus ex 3. lib. Regum.

D. Ambros.

Qui retia
Dæmonis cõ-
tra castitatem
effugit, à re-
liquis facillè
se expeliet.

Helias etiam, quia nullius corporei coitus fuisse permistis cupiditatibus inuenitur, idè curro-
raptus ad cælum. Obiter etiam obserua, non sine mysterio, capitella illa columna-
rum reticulata fuisse, quia quicumque Dæmonis tentamenta aduersus castita-
tem superans lilium hoc pulcherrimũ obtinet, facile se à reliquis omnibus ini-
mici retribus, & laqueis expediet, & supra capitella colunarum reticulata, quasi
liliũ apparebit.

III.

Quid autem mirum, si virginitas totam mundi spheram præstantia, & altitu-
dine transcendat, cum ipsos quoque Angelos non tantum æquet, sed etiam su-
peret: In primis enim æquare illud ostendit, quod dixit Christus, Matth. 22. In
resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei in cælo. Sic enim eũ

Mat. 22. 30.

D. Ambr.

locum intellexit D. Ambr. l. 1. de Virginitate, Quid pluribus exequar laudem castita-
tis? Castitas Angelos fecit, qui eam seruaui Angelus est, qui perdidit Diabolus. De resurre-
ctione quid dicam: cuius premium iam tenetis? In resurrectione neque nubent, neque nubentur,
sed erunt sicut Angeli in cælo: quod nobis promittitur vobis prætorũ, votorumque nostrorum
vſus apud vos est, de hoc mundo estis, & non estis in hoc mundo seculum vos habere meruit, te-
nere non potuit: affirmat & D. Cypr. lib. de disciplina, & habitu virginum: cum ca-
stra, inquit, perueniat, & virgines, Angelis Dei estu æquales Et D. Aug. lib. vno de S.

D. Cypr.
Virgines an-
gelis æquales.

Virginitate c. 23. Virginalis integritas, & perpiam continentiam, ab omni concubitu im-
munitas, Angelica portio est, & in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio. Idè

D. August.

sentit. D. Bern. epist. 42. ad Henricum Senonensem Archiepiscopum, Quid casti-
tate decorius, quæ mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, Angelum
de homine facit: Differunt quidem inter se homo pudicus, & Angelus, sed felicitate, nõ vir-
tute: & si illius castitas felicior, huius tamen fortior esse cognoscitur. sola est castitas, quæ in hoc
mortalitatis & loco, & tempore statum quandam immortalis gloriæ repræsentat. Et his an-
tiquior Tertul. lib. 1. ad vxorem de virginibus loquens, sic ait: Deo speciosa, Deo sunt
puella, cum illo viuunt, cum illo sermocinantur, illum diebus, & noctibus tractant, orationes suas
vehit dotes Domino assignant, ab eodè dignationem veluti munera maritalia, quoruscunque
in hominibus desiderant, consequuntur, sic æternum sibi bonũ Domini occupauerunt, ac iam in terris nõ nubẽ-
do de familia Angelica deputantur. Hæc ille. Quam eandè ob causam Pl. 44. in quo
de purissimis inter Christum, & Ecclesiam, imò & quacunque etiã sanctã virgi-
nem nuptiis differitur, inscribitur apud Septuag. ὡς ἡ ἑὴν ἀλλοιοῦσθαι ἵνα, id
est, pro ijs, qui cõmunicantur, Hebraicè autè, וְיָשִׁיבָהּ לָהֶם hoc est, super lilia, vel pro lilijs:
vbi per lilia, virgines intelligit D. Hier. qui iuxta inscriptione Hebraicã dicitur
commutandi in Angelos, videlicet quorũ in hac vita puritate emulantur. Vnde
D. Hier. testatur se idcirò eum Psalmũ Principis virgini exponere voluisse, eo
quod inuenisset in titulo lilia, & flores, quæ pertinent ad virginitatis decus immor-
tale. Scio Hebræã vocẽ, וְיָשִׁיבָהּ à plerisq. pro genere musici instrumenti usurpari.

D. Bernard.
Castitas in
Angelis qui-
dè felicior, at
in hominibus
desiderant, consequuntur,
sic æternum sibi bonũ
Domini occupauerunt, ac iam
in terris nõ nubẽdo de familia
Angelica deputantur. Hæc ille.

Tertul.
Inscriptionẽ
Psalm. 44.
variè vertunt
interpretes.

Septuag.
D. Hieron.
Castitas ho-
mines reddit
Angelos.

IV.

Quod verò non tantum Angelos æquet virginitas, sed etiam superet, non
obscure significatum est Esai. 56. Hæc dicit Dominus eunuchis: Qui custodierint sab-
bathum meum, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint factum meum, dabo eis in domo mea, &
in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod
non peribit. Quem locum de virginibus accepit D. August. lib. de S. Virgin. c.
23. & 24. probatque ex eo, quòd eunuchi secundum carnem tantum, non uti-
que habent meliorem in Ecclesiã locum, quàm coniugati: quare efficitur, vt
de iis, qui se spiritualiter castrauerunt propter regnum cælorum eiusmodi
prærogatiuæ accipiendæ sint. Accedit quod Spiritus Sanctus cum dixisset, Da-
bo eis in domo mea locum, & nomen melius à filijs, & filiabus: ne quis existimaret ali-
quid temporale sperandum, continuo subiicit, Nomen sempiternum dabo eis.

Angelos su-
perant virgi-
nes.
Esai. 56. 4.
D. August.

quod

quod non peribit. De virginibus etiam eundem locum intellexit D. Ambr. in exhort. ad Virgines, & in Instit. Virginis c. 16. D. Hier. l. x. aduersus Iovin. D. Basil. l. de vera virgine. & D. Greg. 3. par. Cura pastoralis c. 29. Eunuchi, inquit, sunt, qui coprelius moribus carnis affectu in se prius opere abscindunt, quo autem apud patrem loco habeantur essentur, quia in domo patris, videlicet aterna mansione, etiam filij preferantur. Hæc ille. Sane putauerim per filios accipiendo esse Angelos, nã si filij eo loco omnes in vniversum electi appellatur, proculdubio etiam virgines filij sunt, nec debuerunt opponi filiis. Itaque cum promittitur virgibus melior locus, nomenque quam filij habeant, videtur Angelis anteferris, & merito, cum in Angelis virginitas proprie reperiri non possit: præstat igitur Angelis hac in parte virgines: unde angelus ille, qui Apoc. 19. Ioan. (nimirum ut plerique voluit) eum ob alia, tum propter virginitatis quoque prerogatiua, ab se adorando deterruit illis verbis: *Videte feceris, conseruus tuus sum.* Videtur mihi se Ioan. hoc est, tantum virginis cõserui paritate honorare voluisse, quasi diceret, pares virginitate sumus, ego natura, tu virginitate Angelus, æquali nobilitate, parique conditione in celesti curia principum Deo seruum. Quod quidem ab Angelo sancta quadam imitatione, & inuidia dictum crediderim, nimirum Ioan. propter vnã virginitatem, magnitudinem demirans, eius paritatem, & æqualitatem quodammodo tacite ambiebat.

Sed parum est virgines Angelis hac in parte antecellere, qui Diuinam ipsam puritatem, quoad licet mortalibus, æmulantur. Nam & ipsam sanctissimam Triadem propter summam, que in Diuinis processionibus reperitur, puritatem, primam virginem appellauit Gregor. Nazian. in carmine de Virginitate, dum inquit.

*Prima Trias virgo est, siquidem Patre natus Anarcho
Filius est, nec enim Pater ortum traxit ab vilo,
Vt pote principium rerum, & vitalis origo
More nec humano generatus sanguine natum, &c.*

Hanc igitur Dei puritatem, & ut loquitur Nazianz. virginitatem suo modo referunt virgines: quæ admodum docet D. Cyp. l. de disciplina, & habitu virginum. Nunc nobis, inquit, ad virgines sermo est, quarum quo sublimior gloria, maior cura est. *Flas est ille Ecclesiastici germinis, decus, atque ornamentum gratia spiritualis, letitia in doles, laudis, & honoris opus integrum, atque incorruptum, Dei imago respondens an sancti mentia Domini, illustrior portio gregis Christi.* Idem eleganter docet D. Basil. l. de vera virginitate his verbis, *μεγαλη εστι η διακρισις των αληθων παρθενων των αθηρατων θεων ως εν κεφαλαϊω ειπερ εχομοιωση των ανθρωπων:* quæ sic latinè reddes: *Magnus quidem vt verè dicam, est virginitas: incorruptibilis Deo, vt summam dicam, hominem simile faciens.* Hæc ille. Vnde incorruptio pro virginitate sumitur, vt vult D. Hier. ad illa verba c. 2. epist. ad Titum. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate in grauitate, Græcè sic, *εν τῇ διδασκαλίᾳ ἀ ἀφ᾽ ὀρθότητι καὶ ἀφ᾽ ἀσπασίας.* Quo loco D. Hier. ἀφ᾽ ὀρθότητι, & ἀφ᾽ ἀσπασίας, hoc est, integritate, & incorruptione de virginitate interpretatur: quæ existimat Titum habuisse, cum suscepit baptismum, hortaturque eum, vt virginitate ad id usque temporis seruata, deinceps cõseruet. Cernis igitur ex sententia Hier. virginitate incorruptione appellati, atque ad eum Deum, eo quod est immutabilis, & incorruptibilis, suo modo imitatur, vt rectè ait D. Basil.

Itaque non solum Angelica, sed etiam Diuina cuiusdam nobilitatis est virginitas. Vnde Pl. 2. pro eo, quod nos habemus. *Apprehendite disciplinam: alij transferunt ex Hebræo, osculamini filium.* Alij verò vertunt, *Adorate puritatem,* id est, virginitatem, quasi Diuinum quiddam summo honore, & veneratione colite, atque obseruare. Cui cõcinit illud, quod refert Eusebide Constantino magnol. 4. de eius vita. *Virgineum,* inquit, *chorum tantum non adorabat, istic habitare Deum, cui se puella deuotione arribatatur.*

D. Ambr.
D. Hieron.
D. Basil.
D. Gregor.
Expenditur
Ipsa locus.

Cur Angelus
adorari se à
Ioanne non
permiserit.
Apoc. 19. 10.

Videntur An
geli sibi hono
rem arroga
re, dum se
Virginum
pares faciunt
& conser
uati.

Si qua in ter
riu esse potest,
maxima est,
castitatis cum
Deo similitu
do.
D. Cyprian.
D. Basilium.

D. Hieron.
Ad Tit. 2. 7.
Pro Virgini
tate incorru
ptionem ver
tu Hieron.
Incorruptibi
lis virginitas
Dei incorru
pibilitatem sua
modo imitatur.
VII.
Psal. 1. 12.
Eusebius.

Vbi cernis vsque ad eodē Cōstantinum virginitatem demiratum fuisse, vt sacris virginitibus omnes honores circa ad orationem Deo debitā, tribuendos esse arbitratetur. Atque hinc factū est, vt Ethnici Virgine inter signa cœlestia in cœlo quasi Diuinum, quiddam collocauerint, vt or edit D. Hier. l. i. aduersus Iouin. *Karro*, inquit, decem Sibyllas fuisse auenturas, quarum in signe virginitas est, & virginitatis premium diuinū. Quod si *Eoli* i genere sermonis Sibylla *Ἰεωββλῆνα* appellatur, recte cōsiliū Dei sola scribitur nosse virginitas. Certe Romanus populus, quāto honore virgines semper habuerit, hinc apparet: quod Cōsules, & Imperatores, & in curribus triumphantes, qui de superatis gentibus trophæa referēbant, & omnis dignitatis gradus eis de una cadere solitus sit: nec mirū hoc de hominibus cū Minerua quoque *Diana* virgines Deas sinxerit, vt or Cōsiliū, & inter duodecim signa cœli, quibus mundum voluit putat, virginē collocari magna iniuria nuptiarum, vt ne inter Scorpions quidē, & Centauros, & Cunicos, & Discos, & Agrocrotas, vxore mariumque cōtraherent. Hæc Hier. Ex quibus omnibus est perspicuum, quanta sit virginitatis præstantia, vt meritū dictum fuerit Eccl. 26. *Omnis ponderatio non est digna continentis anima.*

VII. Secunda ratio, cum supra montem Sign altissimum virgines apparuerint ex virginitatis difficultate sumitur, quæ tanta est, vt quæ ad eam alpitare cōtenderit, persuasissimum habere debeat in montem quendam maxime arduum ac cliuē, quod cōscendere: cuius montis tanta est altitudo, tantæque eius conscendendi difficultas, vt propterea Christus ad eius ascensum neminem præcepto astringere voluerit, sed dixerit Mart. *Qui potest capere capiat*: eo enim testimonio ad idem comprobandum vitur D. Hier. l. i. aduersus Iouin. *Noli metuerē, inquit, ne omnes virgines fiant, difficilis res est virginitas, & ideo rara quia difficilis, multi vocati, pauci electi, si omnes virgines esse possent nunquā Dominus diceret. Qui potest capere capiat. Et Apostolus in suadendo non trepidaret, De virginitatis præceptum Domini nō habeo. Nec verò illud parum exaggerat huius altissimi montis conscendēdi difficultatem, quod paucissimi ante Dei in carne aduentum, eodē conscenderint: ac tum primum accessus euasit facilius, cum agnus, id est, Deus homo in terris apparuit virgo ex virgine procreatus: tūc enim eius & exemplo, & auxilio quā plurima virginum millia extiterunt: quæ ad montis huius cacumen pertingere potuerunt. Id quod elegantibus carminibus descripsit Greg. Nazianz. in carmine de virginitate.*

*Vt verò in tabulis pictor dum corpora fingit,
Obscuri primum ora notis, lenibusque figurat,
Max for ipis studeat omnigeno adhibere colores,
Atque opus incertum numeris pollet omnibus artibus:
Sic quoque Virginitas magni pars inelyta Christi,
Ante quidem umbrato in paucis splendore micabat
Dum lex iura daret terris, & in orbe vigeret
Æignis spectanda notis paucisque liceret,
Lucis ad internæ radios penetrare coruscos:
At postquam Christus per casta viscera matris,
Absque patre & tediis vitæ progressus in auras
Lustrauit muliebri genit, primamque parentem
Depulit, & carnis leges abscedere iussit,
Spiritusque nouo submisit lictera fasces,
Gratiæque in mediū venit, tum denique nostro
Virginitas genari præclaro lumine fuit,
Instabilem mundum abruptans, abruptaque mundo,
Connubium tantum exuperans & vincula vitæ,*

Quant-

Quamvis animus carni prestat, calidumque rotundum, Telurem pretio vincit, quantoque fugaci. Illud in aeternum durans, prestantius aevum est, Quanto mortali melior Deo.

Porro eandem virginittatis servandae difficultatem, videtur mihi praeter alia significare voluisse Salom6, 3. Reg. 7. cu duas illas ingentes columnas eras, de quibus supra diximus, ante vestibulu templi collocauit, nihil aliud, praeter lilia in summitate sustinetes: quia enim virginittas per hiliu expressa, difficillima est, ingetisque ponderis, cui facile vitos humana succumbant, opus est columnis arcibus fortissimis, id est, magnis gratie praesidiis, quae satis sunt tanto oneri sustinendo. Illud quoque servandum, vna ex his columnis dicitur fuisse Ioaehin, alteram Booz, quae veraque vox fortitudine significat, quoniam duplex fortitudo requiritur ad sustinenda lilia castitatis, videlicet gratiae praesidii, & hominis, non quilibet sed strenua animosaque cum divina gratia cooperatio: cum sit verissimu illud, quod ait D. August. ser. 250. de temp. Inter omnia Christianorum certamina, sola duriora sunt praelia castitatis, ubi quotidiana est pugna. Et rara virtus est: gratiam castitas sortita est inimicum, qui quotidie vincitur. Et tamen timetur.

1 Cor 7. 25. 3 Reg. 7.

Servanda castitati, duplici fortitudine opus est.

D. August.

Atque haec potest esse tertia ratio, cur virgines supra montem Sion cum Agno apparuerint, ut videlicet explorata esset qualis debeat esse virginum coeuvatio, & viuendi ratio. Quia enim difficile est virginittatem, sarram tectam tueri, debet virgines ad altissimu montem Sio confugere, hoc est, sese a comuni & frequenti hominum consuetudine abducere, publice fugere, recessum quaerere, & Agni vestigia identidem persequi, illi tantu purissimis delectari, reliquis omnibus terrenis deliciis, & carnis illecebris amputatis. Hinc est quod idem Graecum vocabulum σωφροσύνη & moderatu atque temperantem & praeterea castu & continentem significat, & σωφροσύνη, non tantummodum temperantiam, sed & pudicitiam & castitatem, vnde Hier. saepe apud Paulu id vocabulu pudicitiam vertit, quibus in locis Vulgata editio sobrietate, habet: veluti l. 10. contra Iouin. citans illud Pauli ad Rom. 12. Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietate, legit ipse, sed sapere ad pudicitiam Non plus, inquit, sapere quam oportet sapere, sed sapere ad pudicitiam, non ad sobrietatem, si quidem Graece scriptum est εις το σωφροειν. Hic ille. Et i. ad Tim. 3. Oportet Episcopu irreprehensibile esse, animus uxoru viru, sobriu. Graece σωφροειν. Hieronymus & Ambrosius, Pudicum. Et ad Titu. Oportet Episcopum sine crimine esse sobriu. Graece σωφροειν. Hieron. legit pudicu multuque aliis in locis. Ex quo apparet, quam coniuncta esse debet cum castitate, sobrietas & temperantia, atque in omnibus rebus modestia: siquidem uno eodemque vocabulo utraque significatur, & vnu pro altero sumitur, ut ferè idè sit temperantem sobriumque esse, & castu esse, sicut eo ipso, quod aliquis sobrietate, temperantia, modestiaque neglexerit, simul quoque castitati nuntium remisisse existimari potest. Vnde D. Greg. Naz. in orat. exhortationis ad virginem, hoc eodem sensu eam, ut ad montes confugiat adhortatur, & esse, inquit, incedis virgo, in montibus salueris, ad sodomam ne reflexeris ne in salis stagna obdureris.

VIII.

Qui virginittatem amat publicum deseret in montem fugiat.

D. Hieron.

Rom. 12. 3.

1 Tim. 3. 2.

Ad Tit. 1. 7. 8.

Sobrietas, temperantia, est modestia castitatis coniunctissima. D. Greg. Nazianz.

Hanc nimirum ob causam, omnes ferè Patres tam multi sunt in commendanda prudenti circumspectione virginibus, & amplificandis periculis, quae in te maxime lubrica, vel minima incuniam, & olerantiam consequuntur: potissimu vero Tertul. in l. de velandis virginibus, passim habet, Ea consuetudo deligenda est, quae virgines includit soli Deo nrae, quibus praeter quod a Deo, non ab hominibus captanda gloria est: etiam ipsum bonu suum erubescendum est: si tales oculi volent virginem visam, quales habet virgo, quae videri vult, eiusdem libidinis est videri: Et videre, tam sancti virg

Tertull.



est suffundis si virginem viderit, quam sancta virginitas sic a viro visa sit: omnis publicatio virginis bona stupri passio est. Et postquam fuse disputauerat de velamine virginum ait. Ipsa conscientia non latendi non est pudica: patitur aliquid, quod virginis non sit studium placendi viri: quantum veli bona mente conetur, necesse est publicatione sui periclitetur, dum penetrat ut oculis incertis, et multis dum digiti demonstrantium titillatur, dum nimis amavitur, sic discitur aliter iam placere desiderare: sed enim vera, et tota, et pura Virginitas nihil magis timet, quam semetipsam, etiam feminarum oculos pati non vult, alibi ipsa oculos habet, confugit ad velamen capitis quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonum sumus, protegat aduersus istius tentationum. Et multo luculentius in libi de cultu feminarum: Cum omnes, inquit, templum Dei sumus, allato in nos, et consecrato spiritu sancto, eius templi aditus, et antistes pudicitia est, quae nihil immundum, nec profanum inferri sinat, ne Deus ille, qui inhabitat iniquitatem sedem offensus derelinquat. Non de integritate conscientiae venis studium placendi per decorem, quem naturaliter in iuracorem libidinis scimus. Quid igitur in te excitas malum istud, quid inuitas, cuiusque profiteris eccoriamens? detractionibus vitam aperite non debemus, quae nunquam in ista iusta iudicia perficimus, quid ducere alteri periculo sumus? perire enim ille simul in tua forma si concupierit, et facta est tu gladius illi et tu scilicet culpa vacas, sub iniuria non libereris. Cum igitur, et nostra, et aliorum causa versetur in studio periculosissimi decore, iam non tantum conficta, et elaborata libidinis suggestum recusat, dum a vobis sciatis, sed etiam naturalis speciositatis obliuiscendum dissimulatione, et incerta. Legendi

Plus de se quam de reliquis omnibus sibi timet virginem.

Vitanda profanorum offensa.

D. Cyprianus de eodem argumento D. Cypriani de disciplina et habitu virginum. D. Gregorius Nazianzenus in exhortatoria ad virginem, iam citata. D. Basilii de vera virginitate. D. Hieronymi de custodia virginum ad Eufrochianum. D. Ambrosii de institutis virginum, et tribus illis auribus de virginibus ad Marcellanum sororem suam. Et S. Ephrem Syriacus de sancta virginitate.

X. Quod sit iuxta magnum curam adhibere oportet ad virginem seruandam, docent Hebraei, quibus consentit Vatablus, tunicam illam lineam strigam, de qua igitur Exod. 28. quae communis erat omnibus sacerdotibus, eo fuisse textam artificem, ut tota contineret quibusdam oculorum imaginibus, unde quaeque constaret, quod ex eo probatur, quia ipse eo quod hos habemus, sermoneque anticum bys-

Exod. 28. 39.

ser, patet verum ex Hebraeo, *Deul dicitur in eadem* quod verbum *uay*, quod eo loco ponitur, non solum strigere, sed etiam oculare significat. Quod si verum est, quoniam quae alio mysterio voluit Deus, ut tunc nulla linea omnibus sacerdotibus communis, tota esset distincta oculis, imo ex oculis quodammodo inter-

ta, nisi ut indicaret castitatem, cuius tunica illa linea propter candorem Symbola erat: quae virans propter sacerdotum esse debet, debere esse totam, unde quaeque oculis circumscriptam, propter assiduum vigilantiam, quae ad hanc virtutem seruandam exigitur, quoniam enim caluras ex omni parte a Daemonibus obideant, omni ex parte circumdata et circumscripta esse debet. Idcirco etiam D. Ambrosius de

Castitate pro-

phetae sacerdotis tunica

D. Ambrosii Cant. 8. 12. Septuag.

Curam in-
tas dicatur
lilium, inter
pinae.

Virginitas ex pendit magnam custodiam, de militibus eke abantiam multitudinem feruandis virginibus aduocari, Cant. 8. *Vinea mea est in conspectu meo, velle domo mi* (Sic enim os habet septuaginta) *et ducenti, qui seruant fructum eius supra, inquit, Ambrosius, dixerat, et illud salomonis sermone a fortis ambiant ex israelis omnes fructus gladius, et ad bellum ut dicitur, in his milibus dicitur, et in nomine israel, ubi omnes fructus, ubi conpigit, et ubi reale profectum est, quod in sermone pu-*

lore sacrum domini seruatis eubile, neque minuo si pro vobis angelis, milibus, quae angelorum moribus militatis. Eandemque vigilantiam idem Ambrosius commendat Virginitas ex eo, quod Virginitas lilium sit inter pinas, hoc est, multis vndique periculis,

periculis, & difficultatibus circumseptis: atque ad eod oporteat virginitatis florem cautè decerpere, cum sic periculum ne qui legere appetit, ab spinarum aculeis cruentetur: Audiamus Ambrosium eodem lib. 1. de Virginibus ita scribentem. *Digna virginitas qua apibus comparetur, sic pudica, sic continens, rore pascitur apes, nescit concubitus, ros quoque virginis est sermo diuinus, quam te velim filia imitatrix esse huius apiculae, cuius flos est, ore soboles legatur, ore componitur, florem tibi demonstro carpendum, illum virique qui diuisi, Ego flos campi, & lilium conualium. Tanguam lilium in medio spinarum, quod est enim virtus indicij spiritualium nequitiaru sentibus virtutes obsideri: unde nemo fructus referat, nisi qui cautus accedat: sume igitur alas virgo, sed spiritus, vt super uoles vitia, sic continere cupis Christum. Hec Ambrosius.*

D. Ambros.

Cant. 21.

Hec autem vigilantia, vt plerique annotarunt, vel in ipso lilij florenò obscure expressa est. Etenim flos lilij sex folia habet candida, & intra ipsum florem sex grana aurea, si quis aduertat continetur, quia sex sunt conditiones precipue, qua castitate seruant: sobrietas non esse otiosum, cultus asperitas, custodia sensuum, raritas sermonum, & occasionum euitatio. De primo habes ad Rom. 13. *Non in ebrietas, & ebrietatibus, & statim subiungitur, Non in cubilibus, & impudicitia.* De secundo Ezechielis 16. *Hac fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, abundantia, & otium ipsius & filiarum eius.* Et Eccl. 33. *Mitte illum (id est seruum) in operationem ne tracet, multam enim malitiam docuit otiositas.* De tertio Num. 25. *Vbi refertur quod femina Moabitides sese eleganter ornauerunt, vt filios Israël ad suam iram pertraherent.* De quarto Proverb. 4. *Oculi tui, restra videant, & palpebra tua præcedant gressus tuos.* Et Eccl. 26. *Fornicatio mulieris in excellentia oculorum, & in palpebris illius agnosceretur.* Et Hier. 9. *Docete filios vestra lamentum, & vnaqueque proximam suam plantum, quia ascendit mors per fenestras nostras.* Vbi per fenestras, sensus ipsi accipiendi sunt. Vnde & David incaute videndo cecidit: & Dina propter curiositatem, virginitatem perdidit: Et vt annotauit Isidorus Clarius in suis scholiis, super. 14. *Iudic. Samsoni eruti fuerunt oculi, quod à concupiscentia oculorum sibi non temperauit.* De quinto, Eccl. 22. *Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea solum aulicorum?* Et 1. ad Corinth. 14. *Corrumpunt mores bonos colloquia mala, seu vt alij transferunt, Confabulationes pessime.* De sexto, Gen. 19. vbi ad Loth dicitur, *Salua uiam tuam, uiam uolui resciscere post tertium, nec stes in omni circare regione.* Quibus verbis non solum iubetur Sodomam, sed omnem etiam circumcirca regionem deserere, quia ubi libet omnes peccandi occasiones longe deuitanda sunt. Etenim Thamar corrupta est ab Amon fratre suo, quia sola cum illo fuit. Vnde Paulus 1. ad Tim. adhortatur Timotheum, vt adolescentiores viduas deuitet.

XI.

Quæ, & que conditiones, seruande castitati, necessaria sint. Rom. 13. 13. Ezech. 16. 49. Eccl. 33. 18. 29. Numer. 25. Prou. 4. 25. Eccl. 26. 12. Hier. 9. 10.

Gen. 34. Isid. 147. Eccl. 22. 33.

Gen. 19. 16.

2 Reg. 35. 1. Tim. 5.

Cur virgines nomen Agni, & nomen patris eius scriptum in frontibus habeant?

Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis.

SECTIO III.

ILLA centum quadraginta quatuor millia, qua Ioanni apparuerunt: supra I. montem Sion simul cum Agao, qua Virgines erant, vt diximus, habebant nomen Agni, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis: quod Rich. de S. Vi. ita interpretatur, vt habuerint scriptum in frontibus nomen Agni, id est, fidem Agni, quia dicitur Ch. iustiani, & nomen Patris eius, id est, fidem patris eius, qua Dei filij non cupantur: qua fidem habebant scriptam in frontibus per manifestam & publicam confessionem. Sed quid est quod hoc tanquam peculiare virginibus ascribitur, cum à omnibus fidelibus, precipue vt à Martyribus conueniat? Prima

Rich. Vi.

Virginitas,
martyrium
sue sangui-
ne.
D. Hieron.

Zachar. 1.
Locus 2. 1.
charia expō-
ditur.

ratio est, quia virginitas martyrium quoddam est sine sanguine: unde motus virgines instar Martyrū nomen Christi, & Patris in fronte gestare per publicā confessionem describuntur, quali & ipsi pro confessione fidei continuū mortē oppetant, quæ est sententia D. Hier. ad Demetriadē virginem de seruanda virginitate, si ea epistola Hieronymi est. *Assume, inquit, scutum fidei, lorica iustitiæ, galeam salutis, prode ad prælium, habet & pudicitia seruata martyrium suū.* Eleganter hoc habet expressum in illa visione facta Zachariæ cap. 1. vbi virum illū ascendentem super equum rufum sequebantur equi rufi, varij, & albi. Quo loco præter alias eius visionis expositiones volunt plerique in viro illo sedente super equum rufum Christum passionē suā rubicundū, & in humanitate tanquam in equo rufo apparentē exprimi: in equitibus verd sequentibus diuersos sanctorū gradus significari, qui Christū in passionē imitari studeant. Et quidem per equos rufos Martyres, per varios, hoc est, variis maculis, partim videlicet albis, partim nigris, partim etiā rufis distinctos, sanctos virtutū varietate, & splendore præcellentes, quibus tamen non desit suus etiam rufus color, vt cum duce suo præeunte aliqua ex parte conueniat: per albos denique virgines. Iuxta quam expositionē illa statim sese offert dubitatio, nimirū si Christum in equo rufo sedentem sequi est illū per sanguinem imitari, quam ob causam equites, qui sequebantur, partim in equis rufis sedebant, partim in variis, qui & ipsi, si non toti rufi, certē maculis aliquibus sanguineis, notabantur, quo modo virgines, qui in equis albis sedebant, Christū sanguine suo rufam, & passionē rubicundum sequebantur, cum nihil sanguinis præferrent: Rectē, inquit, quoniam ipse candidus virginitatis color pro sanguine reputatur, ipsæque virginitas martyriū quoddam est. Quare cum in albis corporum, animorumque; suorum corporibus virgines Christum in rufo equo sedentem sequuntur, eū etiam suo modo per passionem, & sanguinē, martyriūque imitantur. Hæc est igitur prima ratio, cur virgines tanquam præstantissimi quidam Martyres nomē Agni, & nomen patris eius scriptum in frontibus gerunt.

II. Secunda est. Habent nomē Dei scriptum in frontibus, vt exponit Hugo Card. quia eodē Dei nomine appellantur, hoc est, Dij. Nam sic ea appellatio iudicibus, & principibus tribuitur, iuxta illud Pl. 81. *Ego dixi: Dy estis, & filij excelsi omnes:* cur non etiam virginibus tribuatur, qui iure optimo propter puritatem, & minimā cum terrenis rebus concretionem, Diuinam nomenclaturam videntur promereri? Est enim Diuinum quiddam in carne supra carnem viuere. Quam ob causā Diuina similitudo potissimū virginibus tribuitur in sacris literis: nam 1. Ioan. 3. postquam dixisset Ioannes: *Scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est: continuū subintulit: Et omni, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se,* seu vt legit D. Aug. tract. 4. in 1. epist. Ioan. *Castificat se.* Quibus verbis certis castitati potissimum tribui à Ioanne Diuinam ipsam similitudinem, quæ beatifica Diuinæ essentia visione continetur. Id quod etiam non obscurē Dominus significauit Matth. 5. cum dixit: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Cui accinit illud ad Hebr. 13. *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum:* vbi pro *sanctimoniam*, est Græcè: *ἁγιότητα*, quam vocem hoc loco communiter Græci interpretes, & plerique ex Latinis de castitate interpretantur, D. Chrylost. in epist. ad Hebr. & in caput secundum epistolæ ad Ephes. Theod. Theophyl. in epist. ad Hebr. Cassian. lib. 6. c. 16. D. Ansel. D. Tho. in eum locum D. Hier. in c. 47. Ezechielis, eamque expositionem innuit D. Aug. epistola 112. quæ est de videndo Deo ad Paulinum, cap. 5.

III. Tertia ratio est. Gestant virgines nomen Agni, & nomen patris eius scriptum in fron-

in frontibus, vt ab omnibus cognoscantur tanquā filij summi Principis, aut certē ex regia familia, & regio prognati sanguine, nimirum tanquam principes quidā, qui iisdē insignibus, ac titulis cum ipso Rege, ac Principe decorantur. Quod enim virgines spiritū regium habeāt, virginitasque princeps quedā virtus sit, & regal s; nō obscure colligitur ex illis verbis Pl. 50. *Redde mihi letitiā salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Vbi D. Hier. trātulit, *spiritu potenti, Felix, spiritu munifico, vel liberali, eodēmq; modo Paraphr. Chald. alij spiritu mobili, Sept. spiritu principali: quæ omnia eo dē recidūt: solemus enim viros munificos, ac liberales appellare principes. Non desunt etiā, qui transfērant, spiritu volūtario, & spontaneo. Quanquā verō multi hoc loco per spiritū principale spiritum sanctū accipiunt, tamen rectē etiā alij de spiritu humano intelligi posse arbitrantur, in quibus est Franciscus Titelm. in suis annotationibus ex Hebr. super Pl. vt nimirū Dauid, qui per concupiscentiā carnis collapsus turpiter fuerat, postulet spiritū quendā potentē, ac validū, quo possit petulantia carnis cōprimere: spiritū, inquam, castitatis, & continentia, qui iure optimo appellatur *spiritus principalis*, quia dignus sit Principe, quasi dicat dauid: Cum adulteriū perpetravi Domine, ē sublimi regie dignitatis culmine, ad infimū & abiectū quendam ordinē delapsus sum, oblitus me Principē, ac Regē esse: ergo deinceps, cōfirma me spiritu castitatis, quo rursus Regē, ac Principem referā. Id quod vsq; adeo verū est, vt castitas per antonomasiā, siue excellentiā grauitas, & maiestas dicatur: sic enim plerique exponūt illud ad Tit. 2. *In omnibus te ipsum præbe exemplū bonorum operū, in doctrina, in integritate, in grauitate.* Etenim pro *grauitate* Augustor cōmentariorū in epist. Pauli, qui ascribuntur D. Hic legit, *castitate.* Et verō nomen Græcū *συνεβρις*, non solū grauitatē, & maiestatem, sed etiam castitatē significat. Cernis igitur per *grauitatem* eo loco, seu vt etiā verti poterat, *maiestatē*, intelligi posse castitatem, quæ vsque adeo regia, & imperatoria est virtus, vt per excellentiam maiestas appellatur, & quod est consequens, eum in quo est, Regē ac Principē faciat, quem omnes reuerentur: idcirco enim sequitur: *Ut is, qui ex aduerso est, vereatur* (seu vt alij legunt, *reuerentur*) *nihil habens dicere de nobis.* Etenim castitas vt pote regalis virtus reuerentiam possessori conciliat etiam apud ipsos æmulos, qui cum eum, cui inuidet, castum vident, nihil præterea sibi reliquum esse putant, quod illi per iniuriam, & ignominiam possint obicere: *Ut is, inquit, qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens dicere de nobis.**

Virginitas virtus princeps & regalis. Psal. 50. 14. D. Hier. Felix. Paraphr. Septuag. Titelm. Castitas per antonomasiā grauitas & maiestas. ad Tim. 2. 7. Conciliat reuerentiam.

Cur virgines vocem quasi tonitruū magni habere dicantur.

Et audiui vocem de celo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruū magni.

SECTIO IIII.

Non vacat mysterio, quod virginum vocem, quam Iannes audiuit, non solū dicat fuisse tanquam vocem aquarum multarum, sed etiam quasi vocem tonitruū magni, quod mysterium maius adhuc apparet ex eo, quod mox subiūgitur vocem illam fuisse quasi citharadorū citharæ antiū in citharis suis: quid enim citharæ di concentus, & harmonia habet com fragore tonitruū commune? Prima ratio est. Comparatur virginū vox tonitruo magno, propter difficultatem, laborem, castigationemque carnis, qua ad tuendam castitatem opus est. Sicut enim tonitruum ex nubis collisione, & quasi erūpendis exhalationis violentia gignitur, ita castitas, potissimumque virginitas cōtinua carnis maceratione, & quadā nature violentia acquiritur, & quasi tonitruū generatur. Hac ratione Iudith cōseruasse castitatem.

Castitas acquiritur natura violentia. Iud. 8. 5.

dicitur Iudith. 8. In superioribus domus sua fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur. & habes super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vite sue prater sabbata, & neomenias & festa domus Israel. Cortina illa serica, quae operiebant tabernaculum erant ex hyacintho, purpura coccoque bis tincto, & praeterea ex

Virginitas
hyacinthi-
num Ecclesie
operimentum

byssis retorta: quoniam virginitas, quae operimentum Ecclesiae est hyacinthinum, ac caeleste, debet habere adiunctam byssum retortam, id est, macerationem carnis ad caelestes potius delicias, voluptatesque amandas quodammodo intorquetur. Accedit, quod eadem cortina serica, & hyacinthinae operimento alio cilicino tegebatur, ut à teporis iniuriis illa se conservarentur: sic enim virginitas operienda est cilicio, ne tetationibus pateat. Atque huc pertinet illud spōsa Cant. 5. *Manus meae stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha prebatissima.* Quibus verbis illud indicat

Cant. 5. 5.
Cilicio ope-
rienda, ne
tetationibus
pateat.

revoluit non solum manus, id est, gratia virginis opera, sed etiam digito, hoc est, minimas quasque actiones stillare debere myrrham, cum sponsus quaeritur, tunc enim hoc dixit sponsa cum ad aperendum spōso pulsati surrexit: quia videlicet in omnibus vel minimis operibus, quibus placere spōso virgines cupiunt, precipue carnis, appetitionumque non quaeris, sed probatissima, & spectatissima mortificatio debet splendescere.

II. Secunda ratio, cur virgines dicantur habere vocem citharæ dorii, & simul quasi tonitruum magni, ea est, quod castitas sit famosa quaedam virtus, & incredibili sui admiratione longissime audiatur, & quasi tonet. Itaque dum virgo, vel quilibet alius castitatis amator intra domum suam inclusus, praeuorumque hominum consuetudinem fugiens, citharā corporis per castitatem pulsat, concentumque suauissimum Deo, & Angelis reddit, eo ipso simul tonitruum toto regno edit per famam castitatis: hac enim ratione Iudith se famosissimam reddidit toto regno Israelitico.

Castitas vir-
tis famosa.

Iudith. 8. 8.

Erant, inquit, haec in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat, quilibet queretur de illa verbum malum. Quo loco verbum malum ad notam castitatis referendum est. Itaque propter castitatis opinionem famosissima erat, cum tamen, ut pau-

Iudith ob
castitatis opi-
nionem famo-
sissima.

3. Reg. 7.

lo supra diximus, in cubiculo suo quasi solitariam vitam duceret. Idem videtur adumbratum in eo, quo supra capitella columnarum aenearum, de quibus antea dictum est, lilia erant in typum virginitatis, & castitas, quae in alto eminet, omnibusque est conspicua, quasi pulcherrimum simulacrum in altissimis columnis erectum. Merito etiam super aeneas columnas lilia quoque aenea ponebantur, est enim aes maxime sonorum, & castitas in hoc atri similes, quod sonet longissime. Hinc etiam est, quod castitas rebus maxime odoriferis comparatur propter nominis celebritatem, famaque odorem, qui in omnem partem diffunditur, veluti liliis Cant. 2. vbi desponso dicitur. *Qui pascitur inter lilia*, hoc est, ut interpretatur

Cant. 2. 16. 2
castitas re-
bus odoriferis
cur compare-
tur.

Glossa.
Ecl. 2. 4. 10.

Glossa, *Inter desideria castarum mentium*. Et iterum, *sicut lilius inter spinas, sic amica mea inter filias*: quam ob causam merito ad castitatem referri potest illud Ecl. 2. 4. *Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedit, quasi myrrha electa dedit suavitatem odoris: & quasi storax, & galbanus, & unguis, & gutta, & quasi libanus non incisus* (quo verbo innuitur virginitas) *vaporavi habitationem meam, & quasi balsamum non mistum odor meus.* Quo loco est advertendum pro balsamo haberi Graecè ἀσπάλθον, ut legit Romanus, quae lectio melior est, quem παλάθος, ut est in Bibliis Complutensibus, quoniam palathos non numeratur in aromatibus.

III.

Plinius.

De Alpalatho autem sic scribit Plin. lib. 12. cap. 24. *In eodem tractu Aspalathos nascitur spina candida, magnitudine arboris modica, flore rosea. Radix eius vnguentis ex-
peditur. Tradunt in quocumque frutice curruetur areus caelestis eandem, quae sit Aspalatho, suavitatem odoris existere, sed in Aspalatho inenarrabilem.* Id quod maxime pertinet ad casti-

ad castitatis commendationem, quæ florem in primis habet rosæ pulcherrimæ. Deinde cum super eam perpetuò cælestis arcus curuetur, id est, diuina gratia, & beneuolentia sedem habeat, quæ per arcum illum exprimitur, sanè habet odore inenarrabilem: quamquam & per arcum cælestem possumus accipere Diuinam protectionem, qua uirginitas armatur: imò & illud, quod uirginitas arcum habet super se curuatum, quia bellatrix est, & una de Tyriis uirginibus: de quibus dicitur à Poëta.

*Virginitas
virtus bella-
trix.*

Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram.

Itaque uirginitas arcum præfert, quo concupiscentiam, imò & calum ipsum expugnat.

Tertia ratio. Habet uirginitas uocem quasi tonitruum magni, quia est terribilis Dæmonibus, imò & ipsis uoluptuariis hominibus, cum enim uident aut audiunt aliquem castè uiuere, imò & sermonem à cõcionatore haberi de laudibus castitatis, libidinis suæ flagitiorumque memores, quasi audito magno aliquo tonitruo perterrentur, diuinam iram suppliciaque formidantes: quod præcipuè cõtinget extremis illis temporibus, de quibus Ioannes loquitur, cum usque ad eò libido dominabitur. Habet in huius rei confirmationem illustre exemplum Act. 24. Vbi disputante Paulo de castitate coram Felice præside, fuit Felix maximo timore perterritus. *Post aliquot, inquit, dies ueniens Felix cum Drusilla uxore sua, quæ erat Iudæa uocauit Paulum, & audiuit ab eo fidem, quæ est in Christum Iesum. Disputante autem illo de iustitia, & castitate, & de iudicio futuro tremefactus Felix respondit. Quod nunc astinet, uade, tempore autem opportuno accersam te.* In quem locum aduertit Caietan. quia Drusilla pulcherrima erat, & eã uique ad eò deperibat Felix, ut à prioribus eam nuptiis separauerit: quemadmodum auctor est Iosephus l. 20. Antiquitatũ e. 9. idcirco Paulum de castitate disputasse. Additque Dion. Carth. de illis tribus disseruisse Paulum, quoniam contra iustitiam ex incontinentia Felix Drusillam obtinuerat, eãque ob causam contremuisse Præsidentem cum audiret se propter utrumque à Deo iudicandum. Aduerte etiam merito Paulum castitatem cum iudicio cõiunxisse, & de utroque simul coram homine uxorio disputasse, quoniam in obscenos libidinososque homines Deus acerrimè uindicabit.

*IV.
Dæmonibus,
& uoluptua-
riis hominibus
terribilis.*

Act. 24. 24.

Caietan.

*Iosephus,
Dion. Carth.*

*In libidinosos
acerrimè uin-
dicabis Deus.*

Postremò habent uirgines uocem tanquã tonitruum magni, quoniam uirginitas intra nubem illam humanitatis Christi, ortum habuit, & inde tanquam tonitruum, hoc est cum magnæ uirtutis orbis admiratione exit. Etenim postquã Deus homo factus uirginitatem in seipso consecrauit, uirgo ex Virgine genitus, quam plurimi deinceps extiterunt, qui uirginitatem colerent, cum ante legem gratia paucissimi reperirentur. Vnde Ambr. lib. 1. de uirginibus de uirginitate loquens, *Et cælo, inquit, accersis, quod imitaretur in terris, nec immeritò uiuendi sibi usum quasi uis è cælo, quæ sponsus sibi inuenit in cælo.* Et Greg. cognomento Theologus, in orat. exhort. ad uirginem, *Olim, inquit, cum lex erat, & umbra ceteroniamque temporaria, cum primatum habebant nuptiæ tanquam adhuc infantes: postquã uero emigravit litera subinductusque est spiritus, & Christus cum processisset ex uirgine, in carne passus est, tunc effulsit castimonia, diuidens mundum.* Hæc ille. Quod autem humanitas Christi nubes sit ex qua uirginitatis tonitruum prodire potuerit, perspicuum est ex illis uerbis Esai. 19. *Eccc Dominus ascendet super nubem leuem.* Quo loco D. Hieron. per nubem, & uirginem, humanitatem Christi accipit.

*V.
D. Ambr.
Post interna-
tionè effulsit
uirginitas.
D. Gregori.
Naz.*

D. Hieron.

Et Vocem, quam audiui sicut citharædorum citharizantium in citharis suis.

S E C T I O V.

- I. **C**ommemorat Ioannes vocem illam, aquarum multarum, & tonitruum magni fuisse etiam vocem tanquam citharædorum citharizantium in citharis suis. Sciendum est igitur, sanctos esse insignes quosdam supremi principis Dei citharædos: quoniam Deum, Angelos, vniuersamque illam cœlestem curiam suauissimo virtutum suarum concentu demulcent, in suorum corporum, & animorū citharis. Quæ est communis interpretum in hunc locum sententia: idque præterea docet D. Greg. lib. 20. Moral. cap. 31. super illud Iob. 30. *Per sa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.* Quia organum, inquit, per fistulas, cithara per chordas sonat. potest citharæ recta operatio, per organum vero sancta prædicatio designari: per fistulas quippe organi ora prædicantium, per chordas vero citharæ intentionem rectè viuentium non inconuenienter accipimus, quæ dum ad patriam per afflictionem carnis tenditur quasi extenuata chorda in cithara, per inuentum admiracionem sonat: sicutur etenim chorda, vt congruum in cithara cantum reddat: quia sancti viri castigant corpus suum, & seruituri subiciunt. Hæc ille. Sic etiam D. Hier. exponit illud Esai. c. 16. vbi Propheta venter suum citharam appellat, *venter meus ad Moab, quasi cithara sonabit:* hoc est, vt ait Hier. Venter meus, qui instar citharæ musica arte compositus est, ita vt nulla sit chorda, quæ non reddat sonum suum, resonabit luctum agentis pœnitentiam Moab. Hæc sunt, inquit, viscera & interiora prophetæ, de quibus Dauid. *Benedic anima mea Dominum, & omnia interiora mea nomen sanctum eius:* quomodo enim cithara non emittit vocalem sonum, atque compositum, si saltem una chorda supra fuerit, sic spiritalis venter propheta, si vna in eo virtutum chorda defuerit, non poterit melos dulcere resonare: Philosophorum quoque sententia est herere sibi virtutes: & Apostoli Iacobi, cui vna defuerit huic omnes deesse virtutes. Hæc Hieronymus.
- II. Ex his perspicuū relinquitur, cū sancti omnes citharæ Dei appellentur, multo meliori iure id virginibus tribuendum, atque adeo meritò cum agno apparuisse in monte Sion cum citharis pulcherrimis, hoc est, corporibus suis mundissimis, omnisque libidinosa labis expertibus, quibus tanquam citharis Dei laudes continuè personant, in quos ad eò meritò quadrat illud Ecclesiast. 39. *Obaudire me Domini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificat, quasi Libanus odore suauitatis habet: florete flores quasi Lilium, & date odorem, & frondete in gratia, & collaudate canticum, & benedicite Dominum in operibus suis: date nomini eius magnificentiam, & confitemini illi in voce laborum vestrorum, & in canticis laborum, & citharis.* Vbi iure optimò virgines rose conferuntur, quoniam cum candore ruborem habent, siquidem virginitas non solum est propter puritatem candida, sed etiam propter speciem martyrij rubicunda, vt supra dictum est. Liliis etiam & floribus merito comparantur, est enim virginitas & pudicitia, vt Tertullianus appellauit in libro de Pudicitia, flos morum, honor corporum, cui accinit illud, quo descripsit D. Cyprianus li. de disciplina, & habitu virginum, virgines esse florem Ecclesiastici germenis. Florete flores, hoc est, virgines, quæ interius per sanctum propositum atthorescitis, florete quoque exterius per exemplum, odoremque puræ conscientie, bonæque fame ac nominis afflate, fronde in gratiam, id est, frondes bonorum operum producite. *Date nomini eius magnificentiam,* hoc est, vestra admirabili sanctitate Dei potentiam prædicare: maxime enim Dei potentiam commendat virginitas, quippe cum eius singulari præsidio, carnis pecculantiam, & effrenatas corrumpat

Sancti, insignes Dei citharædis.

D. Greg. Iob. 30. 31.

D. Hieron. Esai. 16. 11.

Psal. 102. 1.

Virginum corpora Dei citharæ. Eccl. 39. 17.

Virginitas candida & rubicunda. Tertullian. D. Cyprian. Flos Ecclesiastici germenis.

Commendat Dei potentiam.

corrupte naturæ appetitiones animosè coërceat. Denique, *confitemini illi in citharis;* corporum, scilicet vestrorum, per macerationem carnis assiduam.

Itaque virginum corpora citharis comparantur duplicem ob causam; tum propter concentum, quem efficiunt suavisimum ipsa castitatis pulchritudine: tum etiã propter mortificationem, quæ ad castitatem tuendam requiritur: hæc enim etiã cithara dicitur, ut paulò superius ex D. Greg. diximus. Primo, quia sicut cithara sonat ab inferiori parte, ita per mortificationem inferior animæ pars harmonica redditur. Secundo, quia sicut in cithara omnes chordæ attemperantur, ut concentum efficiant, ita omnia membra, & potentiæ, quæ dissonant, sunt mortificatione attemperandæ, iuxta illud ad Rom. 6. *sicut exhibuistis membra vestra servire iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete membra vestra servire iustitiæ in sanctificationem.* Tertio. Ex D. Greg. li. 20. Moral. c. 3. propter prudentiam, quæ in carnis maceratione requiritur: & modum, qui est in mortificationis operibus adhibendus. Pensandum, inquit, est quod corda in cithara si minus tenditur non sonat, si amplius raticum sonat, quia virtus abstinentiæ, aut omnino nulla est, si tantum quisque corpus non edomat, quantum valet: aut valde inordinatæ est, si corpus atterit, plusquam valet. Atque de hac cithara loquitur regius Yates, Pl. 42. cum ait. *Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus.* Et Psal. 32. *Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio: confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi.* Quò loco est aduertendum post citharam aptè subiungi psalterium decem chordarum: quia cum mortificationis cithara pulsatur, statim etiã sonat psalterium deca chordum, id est, decem mandatorum, quæ tunc optimè seruantur, cum prauarum appetitionum compressio præmittitur, nec enim illa violantur, nisi quia illæ minimè inhibentur.

Atque hæc quam hæcenus tradidimus de nostris centum quadraginta quatuor millibus citharædis, eorùmque citharis expositio, communis est. Verùm paulò aliter easdem citharas accipit Rupert. referens illas non ad virgines tantum, sed vniuersè ad iustos, & fideles: *Cithara, inquit, sunt pectora fidelium, in quibus per fidem musica cælestis inhabitat, ubi corda sunt extenta præceptorum, de quibus dicitur Pl. 32. Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum, psallite illi. Decem quippe legum præcepta sunt: hæc obseruare est cantare primum in cithara: deinde in psalterio clavis sonante, id est, primum in timore, deinde in perfecta charitate.* In qua Ruperti expositione obseruat elegantè fidei similitudinem, quæ nimirum citharæ comparatur: & quoniã sola fides ad salutem non sufficit, extendi ea debent chordæ præceptorum, ut perfecta harmonia, & concentus efficiatur. Obiter hic obserua Clementè Alex. lib. 2. Pædagog. c. 4. per psalterium deca chordum Christum intelligere; quòd nomen Iesus incipiat à litera I. quæ apud Græcos decem significat, *Confitemini, inquit, Domino in cithara, in psalterio deca chorda psallite ei. Nunquid deca chorda psalterium verbum Iesum significat, qui manifestatur elemento decadis?* Postremò Richardus de S. Viçt. annotauit non tantum dictum esse de illis centum quadraginta quatuor millibus, quod citharizarent in citharis, sed additum esse suū, id est non alienis, quia videlicet vnusquisque suis ipsius operibus salutem adipiscitur, iuxta illud ad Gal. 6. *Opus suum vnusquisque probet, & sciam semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero.*

Quod verd atinet ad canticum, quod huiusmodi citharædi, id est, virgines concinunt, duo de illo dicuntur à Ioanne: vnum est esse quasi canticum nouum: alterum eiusmodi canticū neminè potuisse dicere, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, id est, solos virgines. Vbi aduerte, pro eo, quod nos habemus, dicere, haberi Græcè *καθὲρ* hoc est, *discere*, facile autè fuit in Latinis codicibus, ut *discere* in *dicere* corrūperetur. Est igitur sensus, canticum, id est, laudem, quæ virgines

III.
Corporis membra, & potentia mortificatione attemperanda Rom. 6. 19.

D. Greg.

Mortificationis operibus modus adhibendus. Psal. 42. 12. Psal. 32. 12.

III.

Rupert.

Psal 32. 2. Cantant in cithara qui Dei præcepta seruant.

Fides sola non sufficit ad salutem. Clem. Alex.

Rich. Viçt. Operibus agentis nemo adipiscitur salutem. Ad Gal. 6. 4.

Virginitas
rara.

Semel amissa
recuperatio
potest.

Quanta sit
eius præstan-
tia.

D. Greg.

Deo propter integritatis donum exhibebant, quasi novum in cælo auditū fuisse propter virginitatis raritatem: rarissimum enim visum est tantam virginum multitudinem repertam in terris fuisse. In eo autem, quod nemo poterat discere eiusmodi canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, significatur laudem de integritatis dono conservato nulli beatorum, præterquam virginibus posse convenire: cum virginitas semel amissa recuperari amplius non possit: Et quoniam illa verba, *nemo poterat discere*, indicant aliquem conatum adhiberi à beatis ad descendum eiusmodi canticum; sed propter canticum difficultatem, tum altitudinem non posse, quantumcunque voce contendant illud addiscere, sanè significatur eximia virginitatis præstantia, quippe quæ beati omnes, si fieri posset, habere cuperent, hoc enim est conari ad canticum addiscendum. Itaque tam insignes citharædi sunt virgines, ac tam canoras, sublimésque voces habet, talémque concentum, & harmoniam efficiunt: ut vel ipsi supremi spiritus nequeant, cum illis neque devocis præstantia, neque de concentu musicæ, neque de citharizandi arte contendere. Illustravit hunc locum D. Greg. tertia parte Curæ Pastoralis admonitione 29. *quanquam & ipse quoque legit dicere, non discere. Quodnam canticum, inquit, cantant, quod nemo potest dicere nisi illa centum quadraginta quatuor millia? singulariter quippe canticum Agno cantare est eum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus de incorruptione carnis gaudere: quod tamè ceteri electi canticum audire possunt. Licet dicere nequeant, quia per charitate quidè in illorum celsitudine latè sunt, quanvis ad eorum præmia non assurgat. Hæc ille.*

Cur virgines dicantur empti de terra primitiæ Deo, & Agno?

Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno.

SECTIO VI.

2. Cor. 6. 20.
Virgines pe-
culiari nomi-
ne à Christo
empti.

Paulus.

Terstoll.

I. **D**Ocet Ioannes illa centum quadraginta quatuor millia virginum emptasuisse de terra, pretioso scilicet Agni sanguine. Sed quid est, quoddam omnes electi empti sint sanguine Agni iuxta illud 1. ad Cor. 6. *Empti enim estis pretio magno: virgines peculiari ratione empti de terra commemorantur? Sanè crediderim propter summam virginitatis excellentiã dici virgines peculiari nomine emptas à Christo, quasi Christus peculiari quodam modo optimè collocatum pretium sui sanguinis in virginibus tanquam gemmis pretiosissimis emendis arbitretur. Unde merito exclamat hoc loco Pannonius: O Donum admirabile, o meritum fragili vita excellentissimū, cuius tam præclara est commendatio. Sic nempe empti, segregatique sunt de terra virgines, ut præcipuum sortirentur premium, & magis Angelis, quam hominibus aquarentur, Deo in primis accepti. Nec verò hic locum habet, quod scribit Tertullianus in libr. de habitu muliebri, abundantiam contumeliosam esse in se ipsam, eo quod multitudo mercium, quantumcunque pretiosæ sint, eandem pretium, ac valorem minuit: non inquam, hic locum habet. Quanvis enim tam multi virgines apparuerint, videlicet centum quadraginta quatuor millia, nihil propterea de alicuius eorum pretio detractum est, sed unusquisque ut gemma pretiosissima emptus est pretio magno à negotiatore cælesti. Præterea cū Ioan. ait, *Hi empti sunt ex hominibus*, lætabundus, imò & quasi iactabundus loquitur, lætat utque tam pretiosas virginum gemmas è terra emptas fuisse, & quodammodo Angelis sanctè insultans, simulque vniuerso hominum generi gratulans, atque præ gaudio gestiens, ac triumphans ait: *Hi empti sunt de terra: & paulò inferius:**

D. Ambros.
Virgines ele-
cti præ primi-
tiæ.

Hi empti sunt ex hominibus. Sed cur primitiæ dicuntur? D. Amb. ad paucitatem refert, quamvis locum generatim de electis intelligat. *Per primitias*, inquit, *fructus electi designantur: nam sicut*

ex multitudine fructuum parua primitia Deo offerebantur: ita ex multitudine populorum paruum numerum electorum eligitur, qui ab Angelis Deo in templo gloria celestis offertur. Quae ratio etiam virginibus accommodari potest, qui propter paucitatem primitiae sunt coparatione electorum, atque adeo non iam tantum primitiae omnium fructuum, sed leuissimorum fructuum primitiae appellari debet. Secunda ratio est propter virginitatis excellentiam: sunt enim primitiae optimi omnium fructus. Tertia est, ut indicet Ioannes propter virgines Deum reliquis omnibus fidelibus benedicere, beneficiaque conferre, (quod maxime ad virginitatem commendanda pertinet) quemadmodum primitiis fructuum Deo oblatis reliqui omnes fructus quodammodo benedicantur & terra ipsa, arbor & sive fecunditate consequantur, iuxta illud Prou. 3. *Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium fructuum tuarum, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redudabunt.* Quarta. Quoniam primitiae soli Deo offerenda referuabatur: ita enim virgines integritate carnis illibata Deo seruant. Quinta. Quoniam sicut idcirco Deus sibi offerri praecipit primitias fructuum, ut hac testificatione eum homines etiam omnium auctorem profiteantur, ita virgines cum carnis suae integritatem Deo offerunt, profitentur Deum esse omnium spiritualium donorum effectorem, qui potuerit tam excellens virginitatis donum hominibus largiri.

Propter illos reliqui fidelibus benedicunt. Prou. 3.

Deo donorum spiritualium effectorem profitentur.

Sexta. Offeruntur virgines Deo tanquam primitiae non fructuum tantum, sed etiam spoliiorum: sunt enim virgines opima quaedam spolia, quae Christus mundo detraxit, & quoniam ceteris spoliis videntur excellere, idcirco primitiae spoliiorum appellari possunt. Delectari autem Deum spoliiorum primitiis, perspicuum est ex urbe Hierico, quam sibi consecrari Dominum voluisse tanquam primitias spoliiorum docet Theodoret. q. 6. in librum Iosue, eo quod fuerit prima urbs, quam filij Israel post transitum Iordanis ceperunt, id quod significatur illis verbis Iosue 6. *Sit ciuitas haec anathema, & omnia quae in ea sunt, Domino. Quicquid autem auri, aut argenti fuerit & vasorum aeneorum, ac ferri, Domino consecratur repositum in thesauro eius.* Quo loco, quanquam anathema significat illud, quod penitus aboletur, ciuitasque illa eam ob causam anathema fuerit, quod praecipit a Domino fuerit, ut omnino extingueretur, & incenderetur, ut Isidorus Clarius, & Vatablus in eum locum annotarunt: tamen Lyranus docet vocem Hebraeam *Cherem*, pro qua Septuaginta verterunt anathema duo significare, destructionem nimirum, & consecrationem: & utranque significationem in hoc facto concurrisse, quoniam ciuitas cum habitatoribus fuit euerfa, aurum, ferrum, & argentum, aes, & ferrum reseruata fuerunt, & Domino consecrata, ita ut profanis vrbibus applicari non possent. Quod autem vox *Cherem* consecrationem significet, patet Leuit. vigesimo septimo *Omnis consecratio Deo. quae offertur ab homine, non redimetur.* Vbi Hebraice pro consecratione est *Cherem*, & Septuaginta non anathema per E. sed anathema per H. translulerunt: quanquam non desint, qui etiam hoc loco *Cherem* pro euerfione accipiant, ut ista consecratio sit per modum anathematis, hoc est, occisionis, & euerfionis.

Virgines primitia spoliiorum Christi.

Theod. Ios. 6. 17. 19.

Isid. Clarius. Vatablus. Lyranus. Septuag. Vrbis Hierico per euerfionem consecratur Deo.

Leuit. 27. 29. Septuag.

Septima ratio, quoniam sicut rei sceleris sunt, qui primitias Deo consecratas deuorant, eum soli Deo debeantur: vnde de Israele ita loquitur Hier. c. 2. *Sanctum Israel Domino, primitiae frugum eius: omnes qui deuorant eum, delinunt: mala venient super eos, dicit Dominus. Primitiae, inquit Hieronymus, semper debentur sacerdotibus, non hostibus: & quomodo qui primitias deuorant nequaquam de genere sacerdotali, sceleris rei sunt: sic qui contumant Israel, malis subiciuntur. Sicut igitur, inquam, qui primitias consumunt, magni cuiusdam sceleris rei existimantur: ita in eos, qui virginum sacratum integritatem aut violant, aut sollicitant, tanquam in execrandi flagitij reos acerrime Deus animaduertit. Audi, quid referat D. Hiero. D. Hiero.*

III. Hierem. 23.

D Hieron. Violatores virginum sacratum acer-rime visitetur Deus.



nymus in epist. ad Latam de institutione filia: *Præterea, inquit, nobilissima quondam femina iubente viro Hymetio, qui patruus Eustochij virginis fuit, habitum eius, cultumq; mutauit, & neglectum crinem mundano more texuit, sibi vincere cupiens, & virginis propositum, & matris desiderium: & ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se Angelus terribili voce minitans panem, & hac verba frangentem. Tu ne ausa es viri imperium præferre Christa: tu caput virginis Dei tui sacrilegiis attrectare manibus? quæ iam nunc arescent, videntur excruciatæ, quia feceris, & finito mense quinto ad inferna duceris. Sin autem persecuereris in scelere, & marito simul orbaberis, & filii. Omnia per ordinem expleta sunt, & seram misera penitentiam velox signavit interitus. Sic videscitur Christus visitatores templi sui, sic gemmas, & pretiosissima ornamenta defendit. Hæc Hieronymus.*

V. Denique aduertendum ex D. Chryl. serm. de Ascens. Domini, primitias, quæ à Deo expetuntur, esse fructum non imperfectum, & imbecillum, sed validum, & fortem: id quod probat ex Leuit. 19. vbi de primis fructibus, quos Hebræi statim post ingressum in terram promissionis collecturi erant, dicitur. *Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma quæ germinat, immunda erunt vobis. Quarto autem anno omnium fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino, quinto autem anno comedetis fructus: & clarius iuxta Septuag. interpretes: Tribus annis depurgabitur fructus eius. Quarto autem anno fructus sanctus erit Domino. In quem locum D. Chryl. docet primitias fructuum terræ promissionis non fuisse quolibet primos fructus, sed perfectos, & validos, & idcirco præcepisse Dominum, ut fructus quarti anni sibi offerrentur: ne verò quisquam, priusquam ipse, eius terræ fructibus vesceretur, simul iussisse, ne populus trium præcedentium annorum poma comeret. Vide, inquit, legum conditorum prudentia fructum primum nec manducari permittit, ne ante Deum quisquam eis percipisse videatur: nec offerri concepit, ne Deo immaturus offeratur: sed, Dimitte, inquit, quia primus est, nec offeras, quia oblatione nondum dignus est. Hæc ille. Ex quo licet colligere eam tantum integritatem mentis & corporis primitiarum nomen mereri, quæ perfecta est, eamque illibatam omnino debere esse ab hominibus, ut Deo offerri possit.*

Cur virgines dicantur sequi Agnum, quocumque ierit?

Hi sequuntur Agnum, quocumque ierit.

SECTIO VII.

I. Illud etiam mirum de virginibus Ioannes commemorat, quod sequantur in Cælo Agnum, quocumque ierit, quod sane sicut commendationem virginitatis eximiam, ita non mediocrem difficultatem continet, si ut omnino fatendum est, aliquid proprium, & peculiare virginibus his verbis Ioannes complectitur: nam si communis hæc est omnium beatorum prærogatiua, non erat, cur eam Ioannes tanquam laudem aliquam eximiam virginibus tribueret. Id quod etiam Ecclesia videtur intellexisse, cum in festo virginum canit.

*Quocumque pergis, virgines
sequuntur, atque laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosque dulces personant.*

D. Gregor.
Nazianz.
D. August.

Et Greg. Naz. catmine de virginitate de virginibus loquens, cum ait:
*Se chorus ingens,
Carpere quem nequeas, Regem letissimus ambit,
Cælestis, studioque omni Deus esse laborans.*

D. Aug.

D. Augustinus libro de sancta virginitate capite vigesimo septimo, quem sequuntur interpretes Primasius, Arethas, & alij, docet his verbis significari virgines habere in celo peculiaris quaedam gaudia, quae ceteris beatis non dantur, eo quod sequantur Agnum, quo cumque ierit, id est, Christum in omni genere virtutum imitentur: reliquos vero sanctos, qui virgines non sunt, sequi quidem Agnum, sed non quo cumque ierit, quoniam in virginitate sequi non possunt, cum virginitas semel amissa recuperari non possit. Itaque sequi agnum, non quo cumque ipse ierit, sed quo cumque ipsi potuerint. Sed audiamus ipsum Augustinum. *Quo*, inquit, *reputamus hunc Agnum? quod nomen eum sequi vel amaret, vel valeat, nisi vos. Quo* *putamus vos ire: in quos saltus, & prata: ubi credo sunt grandia gaudia, non gaudia seculi hu-* *ius, nec gaudia, qualia in regno Dei ceteris non virginibus erunt: sed a ceterorum omnium gau-* *diorum sorte distincta: non sunt eadem non virginum, quantum Christi, nam sunt alia alia, sed* *nulla talia, sic in haec sequimini agnum: quia & Agni care utique virgo. Quid est cum sequi,* *nisi imitari? Multa in illo ad imitandum omnibus proponuntur: virginitas autem carnis non om-* *nibus: non enim habent, quid faciant, ut virgines sint, in quibus iam factum est, ut virgines non* *sint. Sequuntur itaque Agnum ceteri fideles, qui virginitatem corporis amiserunt, non quo-* *cunque ierit, sed quousque ipsi potuerint: possunt autem ubique praeterquam cum in decore vir-* *ginitatis incedit: Christus enim passus est pro nobis vobis reliquens exemplum, ut sequamini ve-* *stigia eius. Certe iam coniugati possunt ire per ista vestigia, etiamsi non perfecte ponentes pedes,* *verumtamen in eis se semitae gradientes. Sed ecce ille Agnus graditur itinere virginali, quo-* *modo post eum ibunt, qui hoc amiserunt, quod nullo modo recipiunt: Vos ergo, vos ite post eum vir-* *gines, quia propter hoc bonum sequimini eum, quo cumque ierit. Haec tenus Augustin.*

Primas.
Areth.

D. August.

Virgines pe-
culiaris in
celo habent
gaudia.

1. Pet. 2. 22.

In qua quidem interpretatione ille scrupulus adhuc eximendus superest. Nam quemadmodum reliqui sancti veluti Martyres, qui virgines non sunt, non possunt sequi Agnum, quo cumque ierit, scilicet cum graditur itinere virginali: ita & ipsi quoque virgines, qui Martyres non fuerint, non possunt sequi Agnum, quo cumque ierit, scilicet cum graditur itinere sanguineo martyrij: quare non facit vna virginitas, ut virgines Agnum sequatur, quo cumque ierit. Huic dubitationi responderi potest, illud esse discrimen inter reliquos sanctos ex vna parte, & virgines ex altera, quod virgines possunt omnium reliquorum sanctorum praerogatiuis, titulisque decorari: reliqui vero sancti, qui virginitatem amiserunt, virgines esse non possunt: atque adeo virgines posse sequi Agnum, quo cumque ierit, reliquos non posse. Verumtamen illud huic responsioni officit, quod non dicat Ioan. Possunt sequi agnum, quo cumque ierit, sed, *sequuntur Agnum, quo cumque ierit*: perspicuum est autem non omnes virgines Martyres esse. Accedit, quod Ioannes loquitur de felicitate, quam virgines, qui Antichristi temporibus permanserint, post obitum suum in caelo obtinebunt, eorum enim gloria sempiterna describere est aggressus, ut fideles illius temporis ad omnem virtutem, & praecipue castitatem animaret. At quis non videt virgines, qui Martyres non fuerint, postquam cum Christo in caelo regnaverint, Martyres esse non posse: atque adeo Virgines, de quibus loquitur Ioannes non solum iuxta expositionem Augustini non sequi Agnum, quo cumque ierit, sed nec etiam sequi posse?

II.
Insuper du-
bitatio.

Solutio.

Duplicem responsionem affert Franciscus Ribera in comment. huius loci. Vna est, virgines sequi Agnum, quo cumque ierit, quoniam in virginum multitudine omnia virtutum merita inveniuntur: multi enim erunt Martyres, Doctores, Pre-lati, aliique titulis insignes, qui tam omnes in reliquis sanctis, qui virgines non fuerint inueniri non poterunt. Altera est, eos tantum virgines hoc loco accipiendos esse, qui cum integritate animae, & corporis omnes omnino virtutes coniunxerint. Possumus etiam tertia addere, quoniam in virginitate genus quoddam martyrij

III.
Franc. Rib.
In virginum
multitudine
omnia virtu-
tum merita.

continetur, vt iam supra ex Hieronymo docuimus, adhuc peculiare esse virginibus sequi Agnum, quocūque ierit, cum omnes eius virtutes æmulari suo modo possint, quod de aliis sanctis, qui virgines non fuerint, dici non potest: cum reliquis virtutibus non contineatur virginitas. Caterū planior ea nobis videtur expositio commemorari his verbis à Ioanne peculiare quoddam virginum priuilegium, qui agnū in cælo semper, quocūque ierit, comitentur, & prosequantur, nihilque aliud significari, quàm Agnū virginibus præcipuè delectari, ita vt à suo latere eos nunquam velit discedere. Scilicet sequuntur Agnum, quocūque ierit tanquam Regum citharædi, quos Princeps ille cælestis solet secum ad suā, suorumque omnium oblectationem ducere. Sicut igitur Reges, ac Principes, quocūque eunt, ducere solent secum citharædos, ita Christus semper secum Virgines. Quæ sanè ratio innuitur à Ioanne: nā postquam Virgines citharædos, citharædique appellasset, dixissetque vidisse se illos cum Agno pulsantes citharas, & canentes, pauld post subiunxit: *Hi sequuntur Agnum, quocūque ierit.* Peculiare etiam priuilegium Virginum agnoscit hoc loco auctor libelli de laude virginum tatis, qui inter opera D. Hieronymi circumfertur. *Sequitur, inquit, Agnum quocūque ierit, quia nullus ei locus in illa cælesti aula clauditur, sed cuncta eius Diuinorum mansionum habitacula referantur.* Itaque iuxta banc expositionem peculiare quoddam virginum priuilegium, summāque cum Christo familiaritas explicatur.

Cur dicatur in ore Virginum non fuisse inuentum mendacium?

Et in ore eorum non est inuentum mendacium, sine macula enim sunt ante thronum Dei.

SECTIO VIII.

I. Aliam quoque laudem non medio crem Ioannes virginibus tribuit. *In ore*

inquit, eorum non est inuentum mendacium, sine macula enim sunt ante thronum Dei. Pro cuius illustriori cognitione, aduerte mendacium in sacris literis usurpari in primis pro rebus vanis, nihilque solidi habentibus, veluti Psalm. 4. *Filij hominum vsquequo graui corde? ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?* id est, cur diligitis ea, quæ carnis sunt, & mūdi quæ vana omnino sunt, & mendacij plena, hoc est, nihil solidi, verique boni continent? D. Hieronymus ita transtulit. *Filij viri vsquequo inclyti mei ignominiosè diligitis vanitatem querentes mendacium?* vt ipse Deus loquatur, hominibusque suæ originis nobilitatem ante oculos proponat, quasi dicat: O vos inclytæ, & sublimes creature quousque vestræ dignitatis immemores ad vestram ignominiam vana, & fallacia diligitis? seu vt alij interpretantur: *Quousque gloriam meā vertitis in ignominiam?* Secundò, (quæ acceptio ex priore ortum habet) sumitur pro idolis. Hier. 8. *Quare auersus est populus iste in Hierusale auersione contentiosus apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti.* Sic enim interpretatur D. Hieron. Tertiò, sumitur pro peccato mentiendi, quæ est germana verbi

Mendacium pro quibus usurpatur in sacris.

Psal. 4. 3.

D. Hiero.

Mundana omnia mendacium.

Hier. 8. 5.

D. Hieron.

Iob. 13. 3.

Prou. 10. 4.

Homo mendax pascit ventos.

Septuag.

frequentissimāque acceptio veluti Iob. 13. *Sed nomen ad omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio, prius res ostendens fabricatores mendacij.* Vbi obiter aduerte esse quosdam veluti mendaciorum artifices, qui artem mentiendi profitentur quos propterea Iob appellat *fabricatores mendacij* quasi proprios huius operis artifices. Eodem modo sumitur mendacium, Prou. 10. *Qui nititur mendacium, hic pascit ventos, idem autem ipse sequitur aues volantes:* quanquā multo aliter, & in Hebræo, & apud Septuaginta legitur. Id quod duobus modis accipi potest. Vno modo, vt fit sensus, hominem mendacem pascere, id est, alere ventos, sicut pastor gregem suum pascit altero, vt pascat ventos, id est, pascatur ventis, sicut oues pascunt herbam:

bam: & vtraque expositio significat rem omnino inutilem esse mendacium, quâ-
uis prior videatur textui magis continere, eo quod statim subiungitur, *Idem au-*
tem ipse sequitur aves volantes, quod tam inutile est, quâ ventos quasi gregem pascere. II.

Igitur in ore virginum dicitur non fuisse inuentum mendacium: primo quia non
inanes, & fallaces carnis illecebras seclati sunt, sed veram, solidam que voluptatē,
quæ virginitate continetur, cuius dulcedinem sentiebat sponsa Cant. i. cū puris-
simorum vberum sponfi suauitate experta dicebat, *Meliora sunt vbera tua vino*, id-
est, tuæ o spōse, deliciae sunt omni vino carnalis voluptatis dulciores: cui expositio-
ni accinit, quod alij vertunt ex Hebræo. *Boni sunt amores tui pro vino*. Secundo,
Non est inuentum in ore virginum mendacium, quia ab heresi, & idololatria, que
maximè Antichristi tempore vigebunt, longissimè aberunt. Ratio verò est, quia
maxima ad idolorum cultum, & heresim dispositio est carnis licentia, effrenata-
que libido, inde enim est, quod Salomon ardentissimè scaminarum amore ca-
pus sequutus est Deos alienos, colebatque; Astartem Deam Sidoniorum, & Cha-
mos Deum Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum, ædificauitque fan-
um Chamis idolo Meab in monte, quod est contra Hierusalem, & Moloch ido-
lo filiorum Ammon, atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigen-
nis, quæ adolebant thura, & immolabant Diis, vt refertur. 3. Reg. 11. E contrario
Paulus fidem cum castitate coniungit. i. ad Tim. 4. *Exemplum esto fidelium in verbo,*
in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate: & in eadem epist. c. 2. *Obsecro orationes*
feri pro Regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, vt tranquillam vitam aga-
mus in omni pietate, & castitate, vbi pietas cum castitate copulatur. Adverte obiter
ex Regibus, & Principibus castitatem regni pendere, siquidem Apostolus obsec-
rat, vt oremus pro Regibus, vt tranquillam vitam agamus cum castitate.

Tertiò. In ore virginum non est inuentum mendacium sumpto mendatio, vt
veritati in dictis opponitur, quoniam cum virgines soli Deo placere studeant, non
est, cur hominibus fauoris conciliandi gratia vel mentiantur, vel blandiantur:
quod enim adulari etiam mentiri sit, per se notum est ex illis verbis Pl. 65. *In mul-*
titudine virtutis tuae mentitur tibi inimicus tuus, Quo loco vates Regius cū Deo loquitur
hoc sensu: Inimici tui cū se viderint te superatos, & oppressos, timetis deinceps
tuæ potentie magnitudinē adulabunt tibi, cum te potentē, & inuictū, verum que
Deū predicabunt, in qua quidē predicatione se mentiri putabunt, eū te Diis suis an-
teponēt. Commemoratur autē à Ioan. tanquā prerogatiua quedā virginū eximia
non inueniri in ore ipsorum mendaciū, eo quod laus maxima sit veracē esse, & in
paucissimis reperitur. Vnde Osee 4. dicitur *Maledictū, & mendaciū, & homicidium,*
& furtū mundauerunt: & Esai. *Corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi, & fa-*
lta est veritas in obliuione. Verè, in quâ, non potest ingredi veritas, quomā vbiq; clau-
dicat: raro enim integrâ veritatē homines loquuntur, iuxta illud Psal. 11. *Diminuta*
sunt veritates à filijs hominum. Sed hinc iam oritur illa dubitatio, quæ hoc loco à ple-
risque excitatur: videtur enim hæc Ioan. sententia eum illo Davidico testimonio
pugnare Psal. 15. *Ego dixi in excessu meo: Omnū homo mendax.* Quo testimonio vtitur
Paulus ad Rom. 3. Verum hæc optimè concinunt: est enim omnino homo mendax
natura sua, fallere que, ac mentiri potest, cui non repugnat aliquos nunquā de fa-
cto mentiri. Porro est aduertendum pro eo quod nos habemus, *in excessu*, Græcè esse
ἐξ ἁθείας, Hebræicè verò, *in stupore meo*, vt transtulit D. Hieron. alij in *festinatione mea*,
quod etiam est trepidantium. Itaque excelsus hoc loco non significat cōtempla-
tionis ecstasim vt perierique malè existimant, sed stuporem, trepidationem, fugam,
discessum, præcipitè euasione: loquitur enim David de fuga, & trepidatione sua,

Ddd iij

Virginitate
voluptas so-
lida continetur.

Cant. 1. 2.
Libido est
maxima ad
heresim dis-
positio.

3. Reg. 11.
1. Tim. 4. 12.
Castitas con-
ducit ad fidē.
Ibid. 2. 2.
Ex regibus
regni pendet
castitas.

Virgines sunt
veraces.
Psal. 65. 3.

Osee 4. 2.
Esai 59. 14.
Integritatem
veritatem raro
loquuntur
homines.
Psal. 11. 1.
Psal. 115. 15.
Explicatur
locus.
Psal. 115.

Rom 3.3.

Dauid in
Deo maxi-
ma fiducia.

cum eum Saul persequeretur, significatque se destitutum penitus ab hominibus, à quibus auxilium sperabat, ideoque omnes homines appellat mendaces, & fallaces in quibus non sit confidendum. Sed aliam quoque expositionem confiteri cogimur propter Paulum, qui ad Rom. 3. mendacem eo locum sumit prout opponitur veraci, cum ait. *Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Absit. Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax.* Quare iuxta hanc Pauli interpretationem ita loquitur Dauid. Multi in mea fuga actum de me existimarunt, putantes me nullo pacto regnaturum: at ego in causa fuga, rerumque mearum conuersione in Deo spem fixam habens credidi, & speraui Deum suam fidem mihi de regno datam seruaturum, dixitque omnem hominem, qui contra sentiret, falli, decipi, mentiri. Qui locus ita explicatus illustris est ad commendandam in Deo fiduciam, cum pericula, calamitatesque acciderint.

COMMENTARIUM SECUNDVM EXEGETICVM.

DE TRIBVS ANGELIS, QUI IOANNI APPARVERUNT, & voce illa audita de caelo. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Visio imaginaria proponitur, & explicatur

SECTIO PRIM A.

I.



RECELLENTEBVS virginum laudibus, & gloriosis, ac illustribus titulis explicatis docet Ioannes vidisse alterum Angelum volantem per medium caeli, habentis Euangelium aeternum, ut euangelizaret sedentibus super terram, magna que voce dixit: *Time Domini, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius, in quo Angelo significari multos praedicatores illius temporis, qui Euangelium aeternum, id est, in quo salus aeterna continetur, praedicare debeant, & nuntiareque mortalibus imminentem iudicij diem, est multorum sententia, quae nobis probatur, eamque sequuntur Beda, Rupert, D. Anselm, Tycon. Ansbort, Scalij. Addit Ioannes alium quoque Angelum sequutum esse dicentem: *Ceciderit, cecidit Babylon illa magna, quae a vino ore fornicationis suae potauit omnes gentes: quae de se fusa disputadimus ad caput 17. & 18.* Deinde tertium adhuc Angelum visum fuisse, qui dicebat voce magna: *si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit charactrem in fronte sua, aut in manu sua, & hic bibet de vino ira Dei, quod missum est in calicem ira ipsius: per quem etiam Angelum similiter alij praedicatores accipiendi sunt, qui diuinis comminationibus homines a sequendo Antichristo auocabunt. Possimus quoque hos Angelos ad visionem imaginariam referre, ut scilicet visus sibi sit Ioan. eiusmodi Angelos intueri, & audire ita loquentes, ut ipse quae videbat, & audiebat, literis mandaret: non quod Angeli & cionatores futuros tempore Antichristi representarent. Docet praeterea audiuisse se vocem de caelo, dicentem sibi: *Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur: amodo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos. Quae sententia est iam a nobis deinceps explicanda.***

Explicatur